Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26337
Copyright: Admont, Benediktinerstift



+.

Ast Fronesis assensum donat minorem, parem se tanto labori negat, hæret, fluctuat, reluctat, quousq; tandem eleganti Concordia Oratione victa velle suum comune facit, consentit, et mox ancillas suas /: AA. dd :/ Aurum parare jubet, quo Coloq Conscensura summi Magistri velle perquirat, Prima itaq /: Gramatica :/ Fabrum mentita Temonem tanquam Venturi Aurus profectionem egregium sculpsit, Logica Axem, qui cum temone n disputet, conficit. Rotas quatuor totidem ancillæ faciunt, scilicet Aritmetria, Musica, Geometria, et Astronomia, quo admodum ingenioso §. 3tio describunt; Cæteras partes Curius genus prælectata sororum Componunt, addit supremam manum Concordia. Ratio deinde jungit equos generis Nobilitate, Coloris, Celeritatis, et fortitudinis decore conspicuos, Fronesis itineri accingit, Valedicit sororibus, Congeminat inter Amplexus salutem, tota Curia illi congaudet, osculamultiplicat et eventus reditu meliore serenos orat. Conscendit itaq fronesis Aurum Ratione Aurigam agente, erigit, et terras jam exiens, Aëris Regionem ingredit, singula scrutat, singula inquieta reperit, altius deinde prospiciens aereos Cives errantes conspicit, qui hominibus vario sophismate illudunt et virus suum in Mundum effundunt; hi sunt, quos olim Deus fecit esse Deos, sed superbia postea elatos, Majestate privavit, in inferna deiecit: transgrediens deinde omnium planetarum Regiones, Atherem quietum et signa Cæli post se relinquens ad Beatorum patriam propius accedere cogitat, sed jugales ignotam viam timent, ultra seroine negant. Hæret inter ista anceps fronesis, et dum multa secum actitat puellam a longe conspicit in culmine Cæli sedentem /: nescio an Theologia, an Religio, seu Fides designet :/ elicit ex illa fronesis essentiam Dei et Trinitatis misterium, atq his ebria, nostra Contagia sordis deponit et Deum alloquit, errantem se dirigi obsecrat, ac exposito negotii sui consilio viam usq ad penetrale Dei sibi petit monstrari. Annuit Regina poli, seq comitem, viaq ducem fronesi futuram promittit. Hic Musa poëta extatico spiritu repleta sanctorum ordines, Angelorum choros, Misterium Incarnationis, Trinitatis, stuporem fronesis, et gloria Cæli empyrei ad stuporem sane canit. Ergo super hæc omnia tandem fronesis usq ad tronum Deitatis delata Argumentum Legationis

Oratione